



Disputatio juridica inauguralis de usufructu

<https://hdl.handle.net/1874/340718>

43

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE

USUFRUCTU,

QUAM,
FAVENTE DEO TER. OPT. MAX.

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J. U. D. ejusdemque Facultatis in inelytâ Academiâ Ultrajectinâ
Professoris Ordinarii,

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimaque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in UTROQUE JURE honoribus &
Privilegiis ritè consequendis,

Eruditorum Examine subicit

CORNELIS VINCK, HAGA-BATAV.

Ad diem 5. Martii horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clō Ioc LXXXVIII.

*Viris Amplissimis Gravissimis
ac Consultissimis*

D. ARNOLDO VINCK,
Curiae Hollandiae Advocato
Fratrī unico, plurimum dilecto.

D. GUILLIELMO NIEUPOORT,
Porteriorum & tributorum
apud Foederatos Belgas pro
parte Admodiatori Generali.
Cognato suo in æternum ob-
servando

*Has Theses inaugurales in grati
animi Symbolum*

Dat, legat, & consecrat

CORNELIS VINCK.

Auct. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
USUFRUCTU.



um Servitutum duo sunt genera,
scilicet personalium, aut realium,
omissis realibus, de Personalibus,
tanquam dignioribus, & inter il-
las de *Usu-Fructu* jam videbimus.

THESIS I.

Ususfructus est Jus alienis rebus utendi fruendi, Salva earum substantia. princ. Institut. de usufr. l. 1. ff. eod. l. 14. §. 1. ff. de usu.

I I.

Constituitur ususfructus, vel ultima voluntate §. 1. *Instit. de usufr. l. 19. ff. de usufr. leg.*

A 2

vel

vel actu inter vivos. *d. §. 1. Instit. de usufr. l. 16. §. 1. ff. eod. l. 16. §. 1. ff. famil. ercisc. l. 6. §. 10. ff. comm. divid. l. 3. §. 1. Cod. de secund. nupt.*

III.

Item Constituitur usufructus tam in rebus mobilibus, quam immobilibus §. 2. *Instit. de usufr. l. 28. l. 14. ff. eod.* & tam in omnibus bonis, quam in bonorum parte, *l. 29. l. 41. ff. eod.*

IV.

Tam pure, quam sub conditione. *l. 9. §. 4. ff. ad exhib. l. 16. ff. quib. mod. usufr. amitt.* tam ad tempus, quam ex die. *l. 16. §. 2. ff. famil. ercisc. l. 4. ff. de usufr.* & tam pro parte divisa, quam indivisa. *l. 5. ff. eod.*

V.

Ususfructuarius, antequam jus utendi fruendi consequitur, tenetur præstare cautionem de utendo fruendo viri boni arbitrato, deque restituendo eo, quod inde extabit, si quando
usus.

ususfructus ad eum pertinere desierit. *l. 4. Cod. de usufr. l. 1. & tot. tit. ff. usufr. quemad. cap. l. 8. de Usufr. earum rer. quam cautionem Testator remittere non potest, l. 1. Cod. de Usufr. Sottomajor de usufr. lib. 1. cap. 15. N. 22. & seqq. Grot. introd. ad Jurispr. Batav. l. 2. Cap. 39. N. 4. & ibi Groenewege in notis.*

V I.

Uususfructu, igitur hoc modo constituto, fructuarius omnes fructus perceptione suos facit. *l. 9. ff. de usufr. §. 37. Instit. de rer. divis. omnifque utilitas, & quicquid ex ea re percipi potest ad fructuarium Pertinet. l. 7. ff. de usufr. l. 59. §. 1. ff. eod.*

V I I.

Fructuarius pro tantis commodis aliqua subire debet onera; ideo ad Impensas & refectiones modicas tenetur. *l. 15. §. 2. ff. de usufr. Impendia cibariorum, & valetudinis causa in servum faciet. l. 15. §. 2. l. 42. ff. eod. Vectigalia, Tributa, Decimas, quæ ex fructu præstandæ*

A 3

sunt

sunt, Perferet. *d. l. 7. §. 2. l. 27. §. 3. l. 52. ff. eod. cap. a nobis extra de decimis l. 28. l. 22. §. ult. ff. de usufr. legat.* Animalia Ægrota curabit, alias arbores in demortuarum, non vi tempestatis evulsarum, locum substituet. *l. 18. ff. de usufr. l. 59. ff. eod.* Gregem ex foetu, non aliunde, supplebit. *§. 38. Instit. de rer. divis. l. 68. in fine cum ll. seqq. ff. de usufructu l. 10. §. 3. ff. de Fur. dot. & in summa rem sartam tectam servabit. d. l. 7. §. 2. l. 65. ff. de usufr. l. 7. Cod. eod.*

V I I I.

His igitur in rebus constitutus usufructus certis modis rursus amittitur & ad proprietatem redit, quæ alias esset inutilis semper abscedente usufructu, *l. 8. ff. de usufr. legat. Paul. l. 3. sent. tit. 6. §. usufructus 33.*

I X.

Horum autem modorum octo a quibusdam recensentur. I. Mors Fructuarii. *§. 3. Instit. de usufr.*

usufr. l. 3. §. ult. ff. quib. mod. usufr. amitt. vel spatio 100. annorum si Civitati Ususfructus sit relictus. l. 56. ff. de usufr. l. 8. de usufr. legat.

II. Capitis diminutio, olim quidem omnis. Paul. *l. 3. sent. tit. 6. §. capitis 34.* hodie tantum maxima, & media §. 3. *Instit. de usufr. l. pen. §. 2. Cod. eod.*

III. Non utendo per modum, & tempus, per tempus, ut decennio inter præsentes, & vicennio inter absentes. *l. penult. §. 1. Cod. eod. l. pen. Cod. de servit. l. ult. Cod. de præscript. long. temp.*

Per modum, si intra tempus lege constitutum non utatur fruatur ad modum præscriptum, vel si quis modum, qui pro conditione est, nolit adimplere. *l. 10. §. 1. ff. quemadm. serv. amitt. l. 1. 2. Cod. de his quæ sub mod. leg.*

IV. Si proprietario sit cessus. *l. 66. ff. de Fure dot. §. 3. Inst. de usufr.*

V. Consolidatione si usufructuario obvenerit

rit proprietas. l. 77. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. 4.
ff. usufr. quemadm. cav.

VI. Mutatione, & interitu rei. princ. &
§. 3. Inst. de usufr. l. 5. §. 2. & ult. l. 10. §. 1. l. 23.
ff. quib. mod. usufr. amitt.

VII. Adjectio temporis.

VIII. Et conditionis, sub qua relictis est exi-
stentia, Paul. lib 3 sent. tit 6. § finitur 38. l. 32.
§. 4. l. 35. l. 37. ff. de usufr. leg. l. 5. l. 12. Cod. de
usufr.



IN HONOREM

Nobilissimi, prudentissimi, doctissimi que Viri,

D. D. CORNELII VINCK,

Confœderati Belgii Vestigalium Conductori, à
Consiliis & Secretis, &c. &c. Quum habitâ,

DE USU FRUCTU,

Disputatione, in augustissimo Trajectinorum
Athenæo Juris Utriusque Doctor
renunciaretur.

ANNO MDCC LXXXVIII.



Usarum Præses, liceat cantare Viro-
rum

Laudes queis claros vivere Fama
dedit.

Hic meritò dicendus adest Heliconis
alumnus,

Qui Themidem recolit, Pieridùmque Chorum.

Cui fuit Antistes primo Sacratas ab ævo,
Vividus ingenio, nec rationis iners.

Ad Juris gazam spatiaturs acumine felix,
Et responsa ferens, Cæsaris arma capit.

Nunc velut alter Atlas, multo defuncte labore,
Curia Consulto Juris ubique patet.

Curia te dudum spectant, & Cura Patronum;

Ast doluitque virum sæpè carere Togâ

B

Quam-

Quamquam posse quidem, sed non voluisse triumphos,
 Maxima res licitis abstinuisse fuit.
 Scilicet hæc aberant nunc, Gloria summa refulget;
 Doctoris titulo condecorandus eras!
 Artes ingenuæ, solidique scientia Juris,
 Heroi tantum conciliavit Opus.
 Jam sacro Themidis frontem redimitus honore
 Incedis, grandem gloria vera manet.
 Nunc Usum fructum tantorum sume laborum,
 Condignum Studiis, præmia magna tuis.
 Dignior Attalicis gemmis Ornatus, & Auro,
 Te Solio Patrum ritè locare valet.
 En! suprema tibi CORNELI meta laboris;
 Sic Poma Alcides Hesperidumque tulit.
 Gratulor hæc VINCKI tibi conquesta Trophæa;
 Ex animo cedant prospera cuncta, Precor!
 O utinam, mea vota Deos sint nacta faventis,
 Tu vivas Pylii tempora longa Senis!
 Jamque litent Cereri, Phæbo, Patrique Lyæo,
 Non siccis hilares faucibus esse, decet.
 Threiciâ nemo Socios vel Amystide vincat;
 Χαίρειν, ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσσιν in Orbe licet.

Sic l. m. accinui,

Tuus χρίσται καὶ κλησται,

ADRIANUS GAGIUS, J.C.



Honori , atque meritis ,

E J U S D E M.



*I*nvidus invideat , præcingit tem-
pora lauro ,

Et dat , pro meritis , præmia dig-
na , Themis.

Quâ mare , quâ tellus distendit brachias fama
Spargitur , & docti , lausque , decusque , viri.
Vir talis mundi civis , mirabilis orbi ,

Urbique , & patrio gratus ubique solo.
Jura , bonos mores , leges , & nœnia condunt
Hinc ratio vitæ , hincque quiëta salus.

Sic *Vincki* statuis rerum , fandi que perite ;
Ingenii , studii , clara tropæa , tui.

Fervidus invigiles ! sic numina numine vinctes ,
Sic multo reddet fœnore semen ager.

SENSIM.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.

Second line of handwritten text, appearing to be a continuation of the header or a separate section.

Third line of handwritten text, containing several lines of script.

Fourth line of handwritten text, continuing the main body of the document.

Fifth line of handwritten text, showing further development of the text.

Sixth line of handwritten text, likely the concluding part of a section.

Seventh line of handwritten text, possibly a signature or a final note.

Final line of handwritten text at the bottom of the page.